



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 136. Decretum Synodale contra Annatas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1435.

§. CXXXV.

Sessio XXI. Basileensis Concilii.

Ceterum Basileensis Synodus die noni Junii Sessionem vigesimam primam celebrat, in qua Patres morum correctioni assiduo studio incumbentes, ut Concilii Constantiensis menti exacte inhaerent, necnon juxta salubria ejusdem Synodi præscripta corruptelis obviarent, statuunt, ne in Curia Romana pro electionibus, provisionibus, collatione, institutione aut investitura impostero aliquid solberetur, aut exigeretur, nec ultra quicquam peteretur ratione sigilli, annatarum, servitorum &c. de quocunque beneficio. Ad pleniorum vero horum notitiam in mentem revocare oportet, quæ superius in Sessionem quadragesimam Concilii Constantiensis adduximus, ubi octodecim articulos a Patribus præscriptos memoravimus, quorum executio tum ad revocandam saniorum doctrinam, tum ad restitutam totius Ecclesiæ disciplinam futuro Pontifici demandabatur.

*Vid. l. CIV.
§. LXX.*

§. CXXXVI.

Decretum Synodale contra Annatas.

*Labbe Conc.
tom. 12. p.
552.*

Sacrosancta generalis Synodus Basileensis Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, in nomine Spiritus

Spiritus sancti statuit, quod tam in Curia Sæcul. XV.
Romana, quam alibi pro, seu in confirma- A. C. 1435.
tione electionum, admissionum, postulatio-
num, præsentationum, provisione, collatione,
dispositione, electione, postulatione, præsen-
tatione, etiam a laicis facienda, institutione,
installatione & investitura, de Ecclesiis etiam
Cathedralibus, & Metropolitanis, monasteriis,
dignitatibus, beneficiis, officiisque ecclesiasticis
quibuscunque, necnon Ordinibus sacris, &
Benedictione ac pallio de cætero nihil peni-
tus ante vel post exigatur ratione literarum
bullæ sigilli, annatarum communium, & mi-
nutorum servitorum, primorum fructuum,
deportuum () aut sub quocunque alio titu-*
lo, colore, vel nomine, prætextu cujusvis con-
suetudinis, privilegii vel statuti, aut alia qua-
vis caussa vel occasione, directe vel indirecte,
solum Scriptoribus, Abbreviatoribus, & re-
gistratoribus Literarum, seu minutarum, pro
iporum labore competenti salario solvendo.
Huic autem sacro Canoni, si quis exigendo,
dando, vel promittendo contraire præsum-
pserit, pœnam incurrat adversus Simonia-
cos inflictam, & in ipsis dignitatibus ac be-
neficiis taliter obtentis, nullum jus ac titulum
acquirat. Obligationes quoque, promissiones,

N 3

&

(*) Indicatur jus illud, quod Galli DE-
 PORT vocant, quod idem est, ac jus caduci ex
 sacerdotali prædio. vid. cap. suscepti Extrav.
 de elect.

Sæcul. XV. *Et censuræ ac mandata, Et quicquid in pro-*
A. C. 1435. *judicium decreti hujus fieri continget, nullum*
obtinere vires, atque irrita censeantur. Et
si (quod absit) Romanus Pontifex, qui pro
cæteris universalium Conciliorum exequi, &
custodire Canones debet, adversus hanc San-
ctionem aliquid faciendo, Ecclesiam scandali-
zet, generali Concilio deferatur. Ceteri ve-
ro pro modo culpæ juxta canonicas Sanctio-
nes per suos Superiores digna ultione puni-
tur. Hoc decretum eo tempore, quo
Concilium, etiam fatentibus ipsis adver-
sariis, Generale ac legitimum censebatur,
conditum fuisse constat.

§. CXXXVII.

Legati Pontificis huic Decreto obstre-
punt.

Decreti hujus de Annatis promulgatio-
 ni pro viribus sese opponerent Euge-
 genii Pontificis Legati, nempe Archi-
 episcopus Tarentinus, & Patavinus Epis-
 copus, graviter conquesti, illud Pontifice
 inconsulto & spreto Cardinalium, aliorum-
 que, quorum interesset, judicio confe-
 ctum; quocirca publice contestabantur,
 hoc decretum iniquum prorsus, atque Ec-
 clesiæ Romanæ præjudiciosum esse, cum
 Annatæ, & minuta, ut vocant Servitiæ,
 absque ulla Cleri, vel cujusquam Synodi
 Generalis oppositione, diuturno admo-
 dum